eni egyptij. Callide eduxit eos vt occideret ĩ deſerto. Quieſcat queſo ira tua. ⁊c̃. Sic ⁊ alij domini terrarū debent orare pro populo ſuo vt deus dignet̃ ipſum ſanare ſpūaliter in aīabꝯ a peccatis vt hic cū eis poſſint viuere in gratia ⁊ in futuro in eterna gloria. ad quā nos ꝑducat. ⁊c̃.

¶ De eadem dñica. Sermo ſecūdus.

ERat quidam regulus cuiꝯ filiꝯ infirmabatur capharnaū. Joh. vbi. ſ̃. Videmꝯ ad expientiā q̄ fur anteq̄ capiat̃ furtū qđ fecit minime confitet̃. nec etiā poſt captionē ꝯſueuit cōfiteri niſi tormentet̃. Quo facto nō ſolum malū ꝓprium ſꝫ etiā ſuorū ſociorū ꝯfitetur. ideo de depoſito. c. grauius mandauit Alexan. iij. iudicibus de quodā fure qui furatus fuit pecuniam vt eum ponerent ſub tormentis cū dicit ibidē. Judicibus dedimus in mandatis vt illum iniquū ſub queſtionibus. i. ſub tormentis ad rationem ponant. ⁊ ſi oportuerit vinculis alligatum vt dictam pecuniā reddere compellat̃. Moralit̃ omnis peccator eſt ſicut fur. ſubtrahit enim deo rē precioſam videlicet aīaꝫ. quā ad ſuā creauit imaginem ⁊ appropriauit eam ſibi. i. vendidit eā diabolo ꝯ́ere peccatorū. Quia dicit Amb. de btā vita. Diabolꝯ adeo debilis ē. nā neminē poſſidere poſſit niſi ſe ei prius ere pctōꝝ vendiderit. xv. q j. nō eſt. vbi dicit Archidiaconꝯ in glo. Hō ē venditor. diabolus emptor. anima merces que venditur pctōꝝ p̄cio. ⁊ ideo eius loco ſuccedit peccatum in venditione. Et nō ſolum furatur pctōr animā. ſed etiā expoliat eam omnibus bonis. id eſt. virtutibus. ſed anteq̄ capiat̃ per infirmitatem ⁊ incarceret̃ illud furtū minime confitet̃. ſꝫ cum capit̃ ⁊ ꝑ egritudines incarceratur. vt amodo nō poſſit currere ad peccatum tūc manifeſtat ⁊ fatet̃ peccatū. Quia dicit pſ̃. Cum occideret eos querebant eū. Et hoc quo ad ſenſuꝫ moralē patꝫ hic in regulo q̄. ꝓpter infirmitatē filij. Quia homo vidēs infirmitatem filij ſui. i. ſpūs ad dūm currit. ⁊ pctm̄ ꝯfitet̃. Ideo dicit euāge. Erat quidā regulus cuiꝯ fi. q̄ ſunt v̄ba hodierni euange. In quo tria p̄ncipalit̃ tangunt̃. Primo reguli dep̄catio ꝓ filij ſanitate. ibi. dñe deſcēde. Scđo xp̄i imp̄catio ꝓ ipſiꝯ incredulitate ibi. niſi ſi. Tertio filij ſanatio ex xp̄i pietate. ibi. vade filius. Primo ḡ tāgit̃ reguli dep̄catio ꝓ filij ſanitate cū dic̃. Erat q̄dā regulꝯ. ⁊c̃. Et rogabat eū vt deſcenderet ⁊ ſanaret filiū eius. Moraliter hoc euangeliū exponendo ꝑ regem intelligitur quilibet virtuoſus. nā reſpectu virtutis dicit̃ hō rex. Quia ſm Aug̃. de ſpū ⁊ aīa. virtus eſt habitus mentis bene inſtitute ad modum regni qđ ē bene inſtitutū. ſ. recte in eo conſolat̃ ſi recte in eo obeditur. Jſto modo dicit Holcot lec. lxvj. mēs bene inſtituta eſt cum bene conſulit ⁊ voluntas bene percipit. ⁊ ſenſus bene obedit. Sine iſto regimine mens precipitanter regit̃. ⁊ aſſimilat̃ regnō Roboā. iij. Reg̃. xij. qui relicto conſilio ſenum iuuenum conſilio acquieuit. vbi enim v̄tus non eſt illđ quod debuit ſeruire imperat ⁊ quod dominari debuit miniſtrat. ⁊ ideo regnum ſub eo diuiſum eſt. Si autēꝫ ratio imperat que imperare debet eo q̄ ſemper dep̄catur. id eſt. reclinat ad optima. j. ethicorū tūc homo congrue dicit̃ rex extirpās oē malū. Juxta illud Prouerb. xx Rex qui ſedet in ſolio iudicij diſſipat omne malum. quaſi diceret. Hō qui ſedet in ſolio ſtellato virtutibus diſcretionis imperio ſue rationis diſſipat omnes motus illicitos. Ideo dicit Seneca. Magnum imperium regit qui ſibijpſi dominatur. Si aūt dñat̃ ſenſualitas mouetur ad vitia. Juxta illud Prouerb. xxx. Per tria mouet̃ terra. quoꝝ vnū eſt ꝑ ſeruū cū regnare incepit. q. d. qn̄ hō vt regulus regnauerit ꝑ ſenſualitatē mouet̃ caro ad vitia. ⁊ tunc merito meretur dici regulus. Quia dicitur in canone. ij. q. j. c. ſcelus Rex veraciter dici nō poteſt qui nō ſalubri regimine appetitum refrenat. ſed crebra eneruatiōe illicitis eius motibus cedit. Jſtius reguli filius eſt humanus ſpiritus. de quo videnda ſunt duo videlicet vbi infirmatur ⁊ in quibus membris. Primum ergo vbi infirmatur reſpondet euangeliſta. Erat quidā regulus. i. hō regnās ꝑ ſenſualitatem. cuius filius. i. ſpūs infirmabat̃ capharnaum. Capharnaum interp̄tat̃ duplicit̃. vno mō ager pinguedinis. ꝑ quam deſignat̃ abundantia tempalis. Alio modo interp̄tat̃ villa conſolationis. Et per hanc ſignificat̃ voluptas carnalis. que duo faciunt ſepius ſpiritum grauiter infirmari in peccatis ſicut patet de ſodomitis Ezechielis. xvj. Hec fuit iniquitas ſororis tue ſcilicet Sodome. ſaturitas panis ⁊ abundantia. Jō de abundantia temporali loquitur Bern̄. Beatus inquit qui poſt illa. ſ. temporalia non abijt. que poſſeſſa onerant. amata inquinant. inquinata cruciant. ⁊ poſtremo velut infideles amici ſuos amatores in extrema neceſſitate deſerunt. ſꝫ de voluptate carnali loq̄t Bern̄. Periclitat̃ inq̄t caſtitas in delitijs. humilitas ĩ iudicijs ⁊ veritas in multiloquio. Nam difficile eſt illi ſeruare caſtitatem qui viuit in corporali voluptate. Vel M in hoc q̄ capharnaum interpretatur villa conſolationis ſignificatur delectatio mundi praua ⁊ beſtialis que facit ſpiritū hominis in peccatis

infirmari. Propter quod dicit turpiſſima ⁊ ex=
probabilis. vt dicit Ariſto. iij ethic. c. xv. Quia
homines tali delectatione nõ vtuntur ſm ꝙ ho
mines ſed ſm ꝙ animalia ſunt. ſicut narrat ibi=
dem Ariſto. de quodam qui appetijt guttur ha=
bere ita longum vt ei cibus diu ſaperet ſicut eẽt
guttur gruis. ⁊ hec delectatio eſt circa guſtum.
Sed delectationes tactus quas iuuenes et iuuẽ
cule habent ſunt conſedentes ⁊ manibus ſe mu=
tuo conſtringentes. vel tangentes fortaſſis loca
minus decentia. faciũt infirmari ſpiritum. ⁊ ma
xime inducunt beſtialitatem. ⁊ faciunt hominem
brutalem. quia non ſunt homines ſcđm ꝙ homo
ſed prouenit illis ex corruptione complexionis
vel mala aſſuefactione viuendi. Ideo dr̃ Pro=
uerb. iiij. Ne delecteris in ſemitis impiorum. nec
tibi placeat malorum via. Et dicit Ariſtotel. ij.
ethicorũ. c. vij. ꝙ a delectationibus illicitis ma
xime cauere debemus. ⁊ debemus nos ad illos
habere ſicut ſenes plebis troianorum ſe habue
runt ad Helenam. Senes enim plebis iudicaue=
runt eam abijciendam. Et eſt alia delectatio na=
turalis. ⁊ ad hoc dicit Holcot lectiõe. cxv. ꝙ nul=
la res hominis ſic declarat qualis eſt ſicut dele
ctatio hominis. Unde omnis homo talis deno
minari debet quale ẽ in quo delectatur. Et ideo
virtuoſus dicitur qui delectatur ⁊ gaudet in ope
ribus virtuoſis ſuis. Iuſtus qui in operibus iu=
ſtis. Uoluptuoſus qui gaudet in operibus volu
ptatis. ⁊ ſic de ſingulis virtutibus ⁊ vitijs. Et ta
lis vt dicit Ariſto. x. ethic. eſt morum regulatiua
morũ declaratiua ⁊ morũ augmẽtatiua. Primo
igitur eſt morum regulatiua per modum finis.
Ideo dicit Auguſtinus. ſuper illud pſ. Scrutãs
corda ⁊ renes deus. Finis cure ⁊ cogitationis ẽ
delectatio ad quem quis nititur peruenire. vnde
qui delectatur peruenire in poſſeſſionem pecunie
dat ſe mercationibus vel alicui operationi per
quam pecunia acquiritur. ⁊ qui delectatur in mi
litia dat ſe operibus ſtrennuitatis. ⁊ vnuſquiſqꝫ
ordinat ſe finaliter in illud in quo magis dele=
ctatur. Conſiderandum tamen eſt. an iſta dele=
ctatio ſit bona vel mala. Si bona bene equidem
Si mala in contrarium oportet nos attrahere.
Dicit Ariſto. Sicut volẽs lignum tortuoſum ad
rectitudinem dirigere ipſum in contrarium vl=
tra rectitudinem recuruat. ⁊ ſic tandem reducit
ad medium. ⁊ hec eſt cauſa quare pſ. prudẽs ſi=
bi deum pro fine poſuit cum dicit. Iocundum ſit
ei eloquiũ meũ. ego vero delectabor in dño. Se=
cundo delectatio eſt morũ declaratiua. qꝛ talis
eſt vnuſquiſqꝫ q̃le eſt in quo delectatur. Nã oĩs ge
ſtus exterior in ludis vel miſerijs argumentũ p̄=
bet de compoſitione mentis. vñ Seneca epiſto=
la. lxxxviij. Omniũ rerũ ſi obſeruentur iudicia
ſunt argumenta morum. Tertio delectatio ẽ mo
rum augumentatiua. Unde Ariſto. x. eth. dicit.
ꝙ certius homines iudicent ⁊ inquirant illa in q̃
bus delectantur ꝙ̃ alia. vnde delectationes pro
prie confirmant ſuas operationes. ⁊ ideo ſi di=
uerſi homines ad eandem artem ponentur. ille
magis ꝓficiet qui ceteris paribus amplius dele
ctatur. Et ex hoc ſumitur illud ꝙ delectatio pfi=
cit opationẽ. Scđm quod videndum de ſpũ hu=
mano qui ſignificatur p filium reguli in quibus mẽ=
bris infirmatur. Ubi dicendum ꝙ ſpiritus ad in
ſtar corporis multiplicem incurrit infirmitatem
Primo in capite per corruptionem intentionũ.
Quia fere in omnibus operibus noſtris a prin=
cipio vſqꝫ ad finem corrupta eſt intentio. Eſt au
tem intentio quadruplex. Prima eſt peruerſa. ⁊
ꝓcedit ex amore carnali. ⁊ hec fedat faciem ſpiri
tus. Quia ſicut caput languidũ indiſponit faciẽ
corporis. ſic intentio peruerſa faciem maculat
mentis. Si amans turpia appetit. intentio tur=
pis eſt ⁊ fedans faciem anime ⁊ ſpiritus. Secũ=
da intentio eſt ficta. ⁊ fit fauore hominum vt in
tentio hypocritarum. quorũ intentio eſt in acti=
one operũ bonorũ vt videantur ab hominibus.
Hac infirmitate capitis videlicet ficte intentio=
nis laborant clerici ⁊ religioſi. Quia dicit Chryſ
ſuper Matth. omel. iij. Tolle hoc malum ſcilicet
hypocriſim a clero. vt non velint hominibus ap
parere. ⁊ ſine labore omnia vitia reſecantur. Et
eſt notandum ꝙ omnis in ſacro ordine clericus
ſiue religioſus qui fictam intentionem habet in
ſuis operibus compatur idolo. vt dicit Holcot.
lectione. clxij. Sicut enim idolum effigiem habet
extrinſecus hominis viuentis ſꝫ caret corde in=
trinſecus ⁊ omnibꝰ partibꝰ ſpũalibus. ita tales
videntur viuere vita ſpirituali. ⁊ tamen mortui
ſunt interius per peccatũ in corde. ideo quo ad
clericos ꝯquerendo dicit dñs. Hiere. xxxj. Po
ſuerunt idola in domo mea in qua inuocatum eſt
nomen meũ vt polluerẽt. Sꝫ ꝯtra tales q̃ in reli
gione fingũt habitꝰ ſcitatẽ. ⁊ putãt ſibi hũc hitũ
ſufficere dicit metriſta. Ampla corona nimis ma=
gna veſtis roba. Nõ faciũt monachũ ſꝫ mẽs a cri
mine munda. Tertia intentio eſt mercennaria.
que fit neceſſario. Quarta autem dicitur recta.
⁊ hec ſola intendit deum. ⁊ fortaſſis in paucis ĩ=
uenitur. Ideo dicit Eſa. j. Omne caput langui=
dum. ⁊ omne cor merẽs a planta pedis vſqꝫ ad
verticem. id eſt. extremitatẽ operis nõ eſt in eo
ſanitas. Secũdo ſpũs incurrit infirmitatẽ ocu=
lorũ in cogitatiõe. quia oculi in ſcriptura ſigni=
ficant cogitatiões vt in Iob. Qui oculos ſuos
declinauerit ipſe ſaluabitur. c. xxij. quaſi diceret.

Qui humiliter cogitauerit de deo ipſe ſalutē cō
ſequitur. Sed iſti oculi cogitationum interdum
patiuntur caliginem. Caligo enim peccatum in=
uidie qua quis nō poteſt bonum vel profectum
proximorum. Juxta illud .j. Reg. iij. Caligaue=
runt oculi eius ⁊ non poterant videre lucernam
antequam extingueretur. Lucerna eſt proſperi=
tas quam illi non poſſunt videre niſi extinguat̄.
Non autem ſic fuit Job qui ait cap. xxiij. Nec fa
ciem meam operuit caligo. quaſi diceret mentis
affectum non excecabit peccatum ſcilicet inui=
die. Sed lippitudo que eſt fluxus malorum hu=
morum ſignificat peccatum inuidie quo quis co
gitat de immundis. Et hec cogitatio eſt origo
peccandi vt dicit Hiero. ad Dametriadem. Et
ideo ſm eundem tutiſſimum ⁊ perfectiſſimum eſt
vt aſſueſcat animus peruigili cuſtodia diſcerne=
re cogitationes ſuas. ⁊ ad primum animi motū
vel probare vel reprobare quod cogitat vt ma=
las ⁊ immundas cogitationes ſtatim extinguat
Naꝫ vt dicit Johannes caſſianus in collationi=
bus patrum. Mentem non pulſari cogitationi=
bus impoſſibile eſt. Suſcipere vero eas vel re=
ſpuere omni ſtudenti per gratiam dei poſſibile ē
Quemadmodum ortus earum non omnino pen
det a nobis. ita reprobatio vel electio non conſi
ſtit in nobis. Talis tamen cogitatio eſt quando
qꝫ ſine peccato ſcꝫ cū quis cogitat de fornicatio
ne ⁊ ſpeculatur de ea non tamen carnaliter. ſed
quia ſpeculatio nō placet nō eſt peccatū. Si ve=
ro cogitatiōes ſunt de materia illicita pctā q̄deꝫ
ſunt ſed venialia ſi tamē citra ꝯſenſum ⁊ volunta
teꝫ. Tripliciter tn̄ p malā cogitationē peccat q̄s
mortalit̄. Primo qn̄ aliq̄s hō talē cogitationē in
ſurgentem non reprimit cū pōt. licet nō expreſſe
ꝯſentiat in delectationē. ⁊ ille eſt infimꝰ ⁊ primꝰ
gradus peccati mortalis q̄d appellat̄ peccatum
mortale ex delectatione moroſa. Secundo ſi ex=
preſſe conſenſit in delectationē cogitationis ⁊ in
opus. tūc eſt ſecundus gradus. Tertio qn̄ con=
ſenſus ꝓcedit vlterius. ⁊ ꝓponit opꝰ ꝯſummare
tunc voluntas ꝓ facto reputatur. etiam ſi facul=
tas deſit perficiendi opus. ⁊ ille eſt tertius gra=
dus peccati mortalis. de quo loquit̄ .b. Hiero.
ad Demetriadem. In illa inquit cogitatione pec
catum eſt que ſuggeſtioni conſenſum dedit. que
malum ſuum blande fouet que infectum geſſit ir
rumpere homini. Cogitatio etiam ſi ex aliquo ī=
pedito caſu non impleat voluntatem nihilomi=
nus actione criminis condemnatur a domino.
Juxta illud Matth. v. Qui viderit mulierem ad
concupiſcendum eam iam mechatus eſt eam in
corde ſuo. hec Hiero. Et dicit̄ de pe. di. j. c. cogi
tatio. Cogitationis penā nemo patiat̄. intellige
lege ciuili. tn̄ lege diuina cogitationes male pu=
niunt̄. Ideo dicit Gregꝰ. v. moral. Magno ſtu=
dio ſupflue cogitationes amputande ſunt. Nam
ſi incaute admittende ſunt ad maxima mala ho=
minem inducūt. Quia ex delectatione cogitatio
nis naſcitur peccati affectio. ex affectione ꝯſen=
ſenſus. ex conſenſu operatio. ex opatione cōſue=
tudo. ex conſuetudine deſperatio. ex deſperatio
ne defenſio. ex defenſione gloriatio. cū gloriant̄
cum male fecerint. ex glorificatione eterna dam
natio. hec Gregꝰ. Tertio ſpiritus ad ſimilitudi
nem filij reguli patitur infirmitateꝫ aurium vno
modo in hoc qꝫ verbum dei non audit. De hoc
Iſa. vj. Exceca cor populi huius. ⁊ aures eiꝰ ag
graua. ⁊ oculos eius claude. ne forte videāt ocu
lis ſuis. ⁊ auribus ſuis audiant ⁊ conuertantur
Alio modo in hoc qꝫ quis audit malum exteriuſ
⁊ conſentit. Unde glo. ſup illud. Facientem ⁊ cō
ſentientem par pena conſtringit. ij. q. j. Notum
dicit glo. qꝫ tribus modis dicitur quis in maluꝫ
actum aut criminoſum conſentire. Primo ſi ad
hoc cooperatur. Secundo ſi non corrigit quis
malum quod officio tenetur corrigere. Et ſm il=
la duo hec regula iuris habet locum. Facienteꝫ
⁊ conſentientem par pena cōſtringit. Tertio di=
citur quis conſentire in malum cum peccantem
defendit. vel quando ſua autoritate quis maluꝫ
operatur. ⁊ talis magis eſt puniendus. vt dicit
Iſid. Et ponit̄ .xj. q. iij. Qui cōſentit. Et aſſigna
tur ratio. xxiiij. q. iij. Qui aliorum defendit erro
rem amplius eſt damnabilis illis q̄ errāt. Quia
non ſoluꝫ errat ille. ſed etiam alijs offendicula
preparat erroris. Quarto ſpiritus velut filius
reguli patitur infirmitatem narium in diſcretio=
ne que valde neceſſaria eſt in omni opere virtuo
ſo. quia nullum opus bonum valet ſine diſcreti
one. vt dicit Nicolaus de lira ſuper Leuitic. xj.
Et patet hoc primo in predicatione. Nam bo=
num opus eſt predicatio. quia opus chriſti ⁊ an
gelicum. Si tamen fit ſine diſcretione. vt videli
cet ſi predicator predicat non predicenda. vl' re
tineat dicenda ſpiritus infirmatur. Propter q̄d
dicit Gregorius in paſtorali cap. xv. Et allega=
tur a Gratiano in decretis diſt. xliij. Sit rector
diſcretus in ſilentio. cautus in verbo. ne vt tacē
da proferat. aut proferenda reticeſcat. Nam ſi=
cut incauta locutio in errorem detrahit. ita qui=
dem indiſcretum ſilentium eos q̄ erudiri pote=
rant in errore delinq̄t. Secundo vero patet hoc
in correctione. Nam corrigere delinquētes bo=
num opus eſt. qꝛ eſt elemoſyna ſpūalis. vt dicit
Augꝰ. in Enchirid. Et allegatur diſtin. xlv. cap.
⁊ qui. Non ſolū inquit qui dimittit atqꝫ orat vt
dimittatur ei. verūetiam in eo qꝫ corripit ⁊ aliq̄

emendatori a pena plectit elemoſynam facit. q̄ miſericordiam preſtat. hec Aug9. Si tamen corrigens nimis excedit. ⁊ non ex charitate ſed ex furore corrigere conſueuit ſpiritum infirmū dinoſcitur habere. Ideo dicit Greg9. xlv. diſt. licꝫ primo. Erga corrigendos inquit plus valet beniuolentia ꝙ̄ ſeueritas. plꝰ charitas ꝙ̄ poteſtas cum nemo noſtrum ſine reprehenſione aut ſine peccato viuat. Tertio patet hoc in corporis caſtigatione. nam caſtigare corpus bonum opꝰ eſt ſi tamen fit ſine diſcretione ſpūs infirmat᷑. Propter quod dicit apoſtolus ad Roma. xij. obſecro vos per miſericordiam dei. vt exhibeatꝭ corpora veſtra hoſtiā viuentē. ſanctam. deo placētem. rōnabile ſit obſequiū veſtrum. id eſt. cū diſcretione. ne quid nimis ſit ſi cum temperantia corpora veſtra caſtigatis vt non ex defectu cogantur diſſolui ſed vitijs mori. hec magiſter in glo. Et poteſt dici de alijs bonis operibus que ſi non cum diſcretione fiant ſpiritus infirmatur. Quinto ſpiritus infirmatur in gutture ſiue ī ore in locutione. quando videlicet proximo ſuo detrahit. Quia detractio eſt ſumma iniquitas. vij. q. j. in ſumma. Ideo dicit pſ. Quorum os male dictione ⁊ amaritudine plenum eſt. Et iterū. Sepulcrum patens eſt guttur eorum ⁊c̄. Quia ſicut de ſepulcris nihil aliud erit niſi fetor. ſic nec tales os aperiunt ad loquendum niſi detractiones. blaſphemias ⁊ huiuſmodi. Sexto ſpiritꝰ infirmatur in memoria. Eſt enim quadruplex memoria peccatorum. damnorum beneficiorum et exemplorum. Prime due memorie faciunt ſpiritum infirmari. alie due non. Prima ergo memoria eſt peccatorum. videlicet cum quis peccata ſua preterita miratur. ⁊ de ipſis gloriatur. et ſic valde ſpiritus talis hominis coram deo infirmatur. Quia dic̄ Aug9. in li. de ſalutaribꝰ documentis. Nec vllum quodlibet ſcelus corāꝫ deo tam abominabile eſt ꝙ̄ peccata preterita vnicuiqꝫ reminiſcendo gaudere ⁊ exinde exultare. ⁊ in eis ſemper iacere. Et ideo illa memoria eſt condemnanda. Secunda memoria eſt damnorum ⁊ iniuriarum nobis illatarum. Et hec eſt penitꝰ relinquenda. Iuxta illud Ecci. xix. Non queres vltionem. nec memor eſto iniurie ciuium tuorum ſcilicet ad vindicandum liuore vindicte. Poteſt tamen habere memoriam ad vindicandum amore iuſticie vt dicit lira. Dicit enim Baſilius in Hexameron. ꝙ camelꝰ habet mirabiliter bonāꝫ memoriam de verberibus. Si enim aliquis percuſſit eum diſſimulat percuſſionem vſqꝫ ad tempus. ⁊ indubitanter cum oportunitatem acceperit. expetit vltionem. Ita ſunt nonnulli qui iniurias diſſimulant. non remittunt abſcondunt non obliuiſcuntur. quamuis vt dicit Seneca. Memoria beneficiorum debet eſſe tenax iniuriaꝝ labilis ⁊ facilis. Et in prouerbijs ſuis dicit. Iniurie remedium eſt obliuio. Et talis qui iniurias obliuiſcitur dicere poteſt deo confidenter illud Tob. iij. Nunc domine memor eſto verbi mei. neqꝫ vindictam ſumas de peccatis meis. Tertia memoria eſt beneficiorum diuinorum. et hec quotidie poſſidenda. Eſa. xliij. Egoipſe ſum dicit dominus qui deleo iniquitates tuas. et peccatorum tuorum non recordabor. reduc me in memoriam. id eſt. bona que tibi feci. ſm glo. creando. redimendo. ⁊ beatitudinem preparando. Sed iſtam memoriam tria impediunt. videlicet Proſperitas temporalis. Curioſitas mundialis. Voluptas carnalis. Primo ergo proſperitas temporalis facit ingratos obliuiſci amicorum qui eos in anguſtijs adiuuerunt. Vn̄ Geñ. xl. legimus ꝙ prepoſitus pincernarum Pharaonis qui prius incarceratus cum Ioſeph. ⁊ ipm̄ de ſua liberatione prophetice informauit ſuccedentibus proſperis oblitus eſt interpretis ſui. Iſto modo eſt de multis qui cum tribulationibꝰ affliguntur vel infirmitatibꝰ habent deum in memoria. ſed quando ſunt in ſanitate. tranquillitate ⁊ proſperitate tradunt deūꝫ obliuioni. Iuxta illud Deutro. xxxij. Deum qui te genuit dereliquiſti. ⁊ oblitus es domini creatoris tui. Narrat Aug9. ad Vincentium cap̄. iij. ꝙ ſemel ī ethiopia contigit tanta peſtilentia quo ad memoriā hominum. ꝙ homines obliuiſcerentur nomina patrum ſuorum. nomina filiorum ſuorum ⁊ etiā nomina propria. ⁊ oriebatur iſta peſtilentia ſm aliquos ex fetore ⁊ putrefactione quorundā cadauerum interfectoꝝ in bello. Moraliter tanta eſt in his diebus in parte memoratiua peſtilētia ꝙ nec recordant᷑ nomina patris dei omniū. nec grati ſunt amicis vel animabus defunctorūꝫ ſuorum. Iuxta illḋ Ecci. ix. Obliuioni tradita eſt memoria eorum. Secundo iſtam memoriam impedit curioſitas mundi ⁊ ſollicitudo nimia circa mundum. Sicut enim dicitur communiter pluribus intentus minor ē ad ſingula ſenſus. Et ideo in pſ. Obliti ſunt benefactorū ⁊ mirabiliū eius que oſtendit eis. Tertio iſtam memoriam impedit voluptas carnis. Vn̄ Boetiꝰ. iij. de cōſo. metro. ij. vocat corpus ſm imaginationem platonicorum molam obliuioſāꝫ. Fuit eni opinio Platonis ſicut dicit Ariſt. j. poſterꝭ. ꝙ aīa habet noticiā omniū a principio ſibi concreatā ⁊ ſpecies omniū rerū inditas ſibi a deo. Sed tamē ſtatim cū infundit᷑ corpi terreno tradit obliuioni noticiā ſibi datā. nec pōt eis vti donec ꝑ ſenſus exercitat᷑. ⁊ ideo poſuit plato ꝙ addiſcere nō eſt niſi

recordari. Moraliter anima immerſa voluptatibus ⁊ delitijs carnis perdit memoriam dei ſui. Contra quos dicit in pſ. Adhereat lingua mea faucibus meis ſi non meminero tui. Et ſicut ſpiritus in ventre memorie infirmat. Quarta memoria eſt exemplorum. ⁊ eſt proximis exhibenda videlicet per odorem bone fame ⁊ conuerſationis honeſte. Opera enim ſtrennuitatis ⁊ victorie ſolent haberi in memoria. ⁊ ideo vincentes mundum per paupertatem. carnem per caſtigationem. ſenſum proprium per humilitatem. memoria dignos faciunt ſeipſos. Iuxta illud Eccl. xlv. Dilectus deo ⁊ hominibus cuius memoria in benedictione eſt. Narrat magiſter in hiſtorijs ꝙ Moyſes duxit in vxorem filiam regis ethiopie. Et cum in patriam ſuam redire voluiſſet impedire nitebatur eum vxor. ⁊ Moyſes tanꝙ vir aſtrorum ſculpſit in gemmis duas imagines huius efficacie vt altera memoriam. altera obliuionem conferret. Cumqꝫ paribus ⁊ ſimilibus anulis eas inſeruiſſet obliuionis anulum vxori tradidit. ⁊ memorie ſecum anulum tulit. vt ſicut pari amore ſic paribus anulis inſignirentur. Cepit ergo mulier obliuiſci viri ſui. ⁊ ſic Moyſes libere regreſſus eſt in patriam ſuam. Moraliter animus humanus magne celeſtis cum carne terrena que per ethiopiſſam deſignatur coniugiū contrahit quando infunditur corpori. Sed animus aut ſpiritus rationalis naturaliter deſiderat beatitudinem ⁊ vult in celum reuerti. Sꝫ iſta vxor eum impedit. ⁊ ideo vtendum eſt cautela Moyſi vt duos anulos in gemmis faciamus. et anulum obliuionis carni tradamus. Anulus obliuionis eſt cogitatio mortis. quia obliuioni hominem reddit ⁊ tradit. Iuxta illud pſ. Obliuioni datus ſum tanꝙ mortuus a corde. Sed anulus memorie eſt recognitio vite eterne. vbi i memoria eterna erit iuſtus. ſic libere in celeſtem patriam reuertamur. Octauo ſpiritus human⁹ patitur infirmitatem in dorſo. videlicet in voluntate que ſignificatur per dorſum. ⁊ hec facit ſpiritum hominis vel animam bonā vel malā. Bern. atteſtante qui ait. Anime licet in infirmitate vel ignorantia ſepe cadant in bonam voluntatem quam habent reſurgunt. Hec eſt que bonam facit animam. Si vero fuerit voluntas vitioſa facit vitioſam. Ecce infirmitas ſpiritus. Nono patitur infirmitatem in manibus videlicet in operatione. Eſt autem infirmitas manuum duplex. vt leproſitas ⁊ ariditas. Infirmitas lepre eſt infirmitas mali exempli. Quia ſicut lepra inficit. ita malum exemplum. Ideo dicit apoſtolus. ij. Corinth. vj. Nemini dantes vllam offenſionem id eſt. exemplum malum vel ſcandalū verbo vel facto. Et. j. Corinth. xiij. Sine offenſa eſtote. Et beat⁹ Greg⁹. ix. q. iij. dicit. Tot mortibus digni ſunt quot in alios pditionis exempla tranſmittunt. Et ideo dicit Tullius moralis. Nulli tu fueris pbens exempla malorum. Ne condemneris pro peccatis aliorum. Infirmitas autem ariditatis manuum eſt auaricia. Quia ſup illō Mat. xij. Ecce homo habens aridam manum. dicit gloſa moral. lire. ꝙ per hominē habentem manum aridam intelligitur auarus. cui⁹ manus ad opera pietatis ⁊ largitatis eſt inualida. ⁊ ſic ſpirit⁹ hominis eſt infirmus in manibus cum maluꝫ exemplum tribuit ⁊ opera largitatis non cuſtodit. Decimo ⁊ vltimo ſpūs hominis infirmus eſt in pedibus affectionū. Affectus eni anime aut ſpiritus ſunt duo. amor ⁊ timor. Et iſti ſunt duo pedes anime qui male infirmant cum cōuertuntur ad timorē male humiliantem. vel ad amorē male accendentē. ⁊ ſic inepti erimus ad regnū celeſte. Quod figuratum eſt. ij. Reg. ix. de Myphiboſeth qui erat contractus ⁊ claudus vtroqꝫ pede ineptuſqꝫ ad regnum. Myphiboſeth interpretatur os confuſionis. ⁊ ſignificat ſpiritum peccantem. qui ſi claudicat ⁊ infirmat in pede amoris vel timoris ineptus eſt ad regnum decoris. de quo Sap. v. Accipient regnū decoris de manu domini. Idcirco exemplo reguli debet quilibet homo cui⁹ ſpirit⁹ ſic vt dictū eſt infirmatur ire ad chriſtū ⁊ eum rogare vt ſanet ſpm̄ vel animam ei⁹. ⁊ ſic ex magna ſua pietate dicet ei. Uade ſpūs tuus viuit hic in gratia ⁊ in futuro i eterna gloria. ad quam nos pducat ⁊c.

## ¶ De eadem dñica. Sermo tertius.

### Hora ſeptima

reliquit eum febris. vbi ſupra. Dicūt medici ꝙ chryſis ſexta die cōtingens regulariter eſt malum. Septima autem die contingens eſt bonū creticitatis. Quare Galienus li. ſuo de creticis diebus dicit. Naꝫ ſeptimam diē aſſimilat regi. ⁊ ſextā diem aſſimilat tyranno. Moraliter humanū genus laborabat diuerſis infirmitatibus tam corpalib⁹ ꝙ̄ ſpūalib⁹. Infirmitates ſpūales fiūt in aīa p peccata. Sic infirmus fuit Dauid q̇ ait pſ. vj. Miſerere mei domine quoniam infirmus ſum ſana me domine. Iſte infirmitates nō relinquunt hoīem in pſenti propter quod dicit. homo ꝯtinue labora in operib⁹ pnie. Iuxta illud Luc. xiij. Sex dies ſunt in quibus oportet opari. ſcꝫ in operibus penitētie ⁊ labore corpali. Sꝫ quidā de his infirmitatib⁹ creticam preponunt ſexte diei. i. in vita pn̄ti que intelligitur per ſextā diem. ⁊ ſunt illi qui ocio et quieti ſe dāt totaliter in pſenti nolentes ſe dare